

## Prologus

**Thales ille milesius.** Hec prefatio in tres partes distribuit. Prima enumerat causas cur auctor introductiones suas iambis editas recognouerit. Secunda cur in illas commentarios adiecerit. Tertia cur Isabele hispaniarum regine potissimum dedicauerit. In prima prefationis parte artificiosa quadam insinuatione utitur. Nam cum in constantie ac leuitatis nec minus ignorantie signum videri posset totiens idem opus edere: excusat se auctoritate milesij Thaletis qui cum aliquando interrogaret quis esset sapiens: respondit tempus quod omnia inuenit. Hoc igitur auctore dicit quedam opera adiecisse: quedam rursus detraxisse. Deinde subdit aliam ad huc causam operis illud emendandi: quod initia quorundam atque ignorantia impressorum librorumque multa fuerant ex exemplari deprauata: quae tamen suis locis reddenda sunt. Dicit igitur proponens. Thales milesius. Quam admodum diogenes laertius scribit. Thales patriam habuit pheniciam: postea vero ciuis mileti ascriptus qui fuit urbs in ionia clarissima obtinuit ut milesius potius quam phenix cognominaretur. Ille hoc loco emphasim quadam auctore valde laudat: qui fuit vnus ex numero septem sapientium. [Idemque primus.] in ordine. scilicet illorum septem. Nam cum adulescentes ionii iactum re-

Ad optimam eandemque maximam Augustam Isabelam huius nominis tertiam hispanie ac insularum maris nostri reginam clarissimam Helij Antonij nebrissensis grammatici in recognitione commentariosque introductionum suarum quas de sermone latino bis ediderat.

Prologus incipit feliciter.

**Thales ille milesius** qui fuit vnus idemque primus illorum septem quos grecia iactat sapientie studiosos interrogat aliquando quomodo quoniam esset sapiens. Tempus inquit subiecit quod euestigio causam. Quod omnia inueniat. Preclara me hercule vox et tali viro digna sententia: quae declarat nullam esse artem ex his quae sunt humano ingenio adiuuere: quam non temporis longinquitas absoluat. Hinc Aristoteles

et a piscatoribus emissent: essetque inter illos de tripode aureo cum piscibus ducto ex orta pretio: ex Appollinis oraculo quod iubebat ut tripus ille sapientissimo traderet: vtriusque partis sensu Thaleti datus est. Hinc igitur primus sophie. id est sapientie nomen exoritur: quemadmodum perbia a pythagora [Illo tempore septem.] hippo omnium sensu fuerunt Thales milesius. Solus salaminus. Chilo lacedaemonius. Pittacus mitileneus. Bias prieneus. Cleobolus lindus. Periander corinthius. quaeque Plato in pythagora huius loco Adisonem cheneum numerauit. [Sapientie studiosos] id est sapientes. non illi quod simpliciter sapientes illa scilicet sapientia quam adhuc mortalis nemo est persecutus: sicut vulgo. vitaeque comitis loquitur. quae appellat sapientes viros ingenio doctrinaque praestantes. Interrogat aliquando. Interrogandi causa illa fuisse videtur: quod cum sapientie nomen ut paulo ante diximus nuper esset inuentum: atque illi septem qui sapientes esse putabantur. professionem tanti nominis recusarent. interrogat Thales quod igitur esset sapiens. Tempus respondit et subdidit causam. Quia omnia inueniat. [Euestigio] id est continuo et statim dictum ab eo quod in eodem vestigio insistentia fit. Deinde propositam sententiam commendat filius et exponit dicens. [Preclara me hercule vox.] hercule aduerbiu[m] est iurandi. quod tamen videtur significare per hercule. vel ita me hercules amet apud nos tamen aduerbiu[m] est dei obtestatione aliquid affirmantis. Nam quod diuinus Hieronymus. Prohibet nos huiusmodi sermone in verbis utriusque scribens in illud euangelij de filio perditio et frugis. Absit ab ore christiano iupiter oipotens: et me hercule: me castor. loquendi modus ille sua etate fuerit forte periculosus. cum adhuc rome complures ex gentilitate superessent nostro vero seculo quod adeo infirmus est ut offendat siue ut greci dicunt scandalizet: cum audiat me hercule: me castor: et quod poeta noster dixit. Aquel com quem iupiter tuo talis zelo. Tali viro. Emphasim habet quasi velit dicere illo qui fit ab omnibus sapientissimus iudicatus. [Humano ingenio.] Nam quae diuinitus reuelantur: temporis momento possunt infundi: quaeque et ille temporum diuturnitate quibus non sunt reuelate acquirantur. [Absoluat.] hoc per accidens fit. Nam Aristotele auctore libro physicorum quarto. Tempus corruptionis per se causa est: generationis vero per accidens. Unde eodem teste proverbium fuit apud grecos omnia tempore senescere atque corrumpi. [Hinc et Aristoteles.] Superiori Thaletis sententiae assipulari dicit Aristotelem qui primo de moribus libro scribit. tempus esse quod res

Hieronymus.

Aristoteles.